

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1227

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

207. *Vertrag der Bürger von Straßburg und Speier über die Belangung von Schuldnern. 1227 November.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. ne rerum gestarum veritas cadat in oblivionem, litterarum debet memoria perhennari. noverint igitur tam presentes quam posteri, quod nos cives Argentinenses causa concordie et antiqui 5 federis et amicitie reparationem spondimus et firmiter observare promissimus civibus Spirensibus, quod de cetero nullus concivium nostrorum aliquem concivium eorum pro aliquo debito apud nos conveniat aut gravare presumat, nisi principalem debiti personam. quod et ipsi versa vice firmiter observare et nulla ratione violare conpromiserunt. ne igitur hoc factum posterorum cavillatione vel temporis oblivione 10 possit infringi aut aliquo casu violari, presentem paginulam sigillo nostro munitam ipsis in testimonium concessimus habendam. anno incarnationis domini 1227, mense novembri.

S aus Speierer St. A. Cod. mb. nr. 1008 p. 32 um die Mitte des 14ten Jahrh. geschrieben, mit der Ueberschrift: die burger und der rat von Straßburg sollen nit beclagen unser burger einen vor den andern und sollen wir in ouch dazselbe tün. Gedruckt darnach bei Chr. Lehman Chron. d. freyen Reichsstatt Speyr lib. V cap. 84 = Lünig XIV, 1, 465 nr. 4.

208. *Bischof Berthold von Straßburg beurkundet einen Tausch von Grundstücken zwischen dem St. Thomascapitel und den Dominikanern daselbst. 1227.* 20

B[ertholdus] dei gratia Argentinensis episcopus. rerum gestarum memoriam tollit oblivio, si eam non conservet litterarum protestatio. eapropter ad noticiam tam presentium quam futurorum pervenire volumus, quod dilecti nostri canonici sancti Thome, petitioni nostre benignum prebentes assensum, ortum contiguum domui 25 predicatorum religiosi viris deo ibidem famulantibus titulo permutationis libere contulerunt, recipientes a jam dictis fratribus quinque areas ab omni onere censuum liberas, emptas et traditas a fidei nostro Conrado dicto Virnekorn, consensu heredum suorum accedente, quarum due site sunt in capite vici, qui dicitur des Holtzheimers gasse, relique vero tres inter pontes in parrochia sancti Petri senioris. verum quia predictus ortus ad officium decanatus sancti Thome spectabat, quicumque 30 fuerit decanus, jam dictas areas possidebit, persolvens annuatim custodi sancti Thome quinque solidos in recompensationem decimarum, que ex fructibus orti permutati poterant provenire, portario vero ejusdem ecclesie solidum, cui idem ortus pro eodem debito prius fuerat censualis. ut autem prenominati contractus tam emptionis quam permutationis solempniter acti ex nostra auctoritate futuris temporibus robur 35 perpetuum accipiant, duas paginas super hiis conscriptas ad petitionem partium sigilli nostri munimine duximus roborare, apposis etiam sigillis utriusque ecclesie et nostre civitatis. huic facto presentes affuerunt Uolricus de Dalmassingien, Hermannus de Erenberg portarius, magister Henricus de Lutembach canonici Argentinenses, Wernherus der Beger, Reinbolt Vitulus, Wernherus der Kage, Johannes